

iusti occultus. qui ab homine non
 auditur. Nam vero si tanta occupauerit
 cor illius cogitatio desiderium
 cuiusdam. ut uoce clariore expri-
 matur uulnus interioris homi-
 nis. Quaeritur causa. & dicit homo
 Apud semetipsum. forte aliud est
 unde gemit. & illud forte illi fac-
 tum est. Quis igitur potest intelligere.
 nisi ille incius oculis & auribus
 gemit. Propterea sequitur.

Domine ante te omne desiderium meum.
 & genitus meus ante non est absconditus.
Non enim ante homines. qui cor ui-
 dere non possunt. sed ante est om-
 ne desiderium meum. Sit desideriu-
 tuum ante illum. & patet qui videt.
 In occulto reddetur tibi. Ipsi enim
 desiderium tuum. oratio tua est.
 & sic continuum desiderium.
 continua oratio. quia ipsum
 desiderium. in uoce sua habet ge-
 mitum. quia deo non est absconditus.
 Amulter au hominibus abscon-
 ditur est. Non semper venit ad au-
 ter hominum. sed numquam recedit
 ab oculis dei.

Cor meum conturbatum est. dereliquit

me uirtus mea. & lumen oculorum
 meorum. & ipsum non est mecum.
Inde conturbatum est cor meum.
 quia deseruit me fortitudo mea.
 Si enī maneret illa fortitudo.
 quicquid frenderet. quicquid
 terreret. non conturbaret cor
 meū. Unde uero deseruit forti-
 tudo? Audi. & lumen oculorum
 meorum. & ipsū nō est mecum.
 Nam lumen oculorum nostrorum. ipse
 est deus. Quem cum offendisse adau-
 fugit adumbrā. & abscondit se
 int̄ ligna paradysi. Namq. inter
 arborē. lumen oculorum non ha-
 bebat. adquod gaudere consue-
 uerat. Si uero ille de origine. &
 nos de propagine; & innobis quidem
 qui uā incorpore Christi sumus. est
 quiddam luminis. quia filii dei
 sumus. & utique hoc infide raine-
 mus. Sed non dum est illud lumen.
 quod uidebimus. quia nondum
 apparuit quod erimus. Scimus
 quia cum apparuerit. similes ei eri-
 mus. quod videbimus euā sicuti est.
Amici mei & proximi mei aduersi
 me appropinquauerunt. & steterū.